



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

19. Vt Commvitas Victvs inter fratres seruetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

orationem, si aliquis quid stultum est locutus, cum humilitate & puritatis deuotione dicere iub emus.

**18. VT FATIGATI A D M A T V I N A S
non surgant.**

Fatigatos nempè milites non ita, vt vobis est manifestum, surgere ad Matutinas conlaudamus; sed assensu Magistri, vel illius, cui creditū fuerit à Magistro, eos qui escere, & tredecim orationes constitutas sic cantare, vt mens ipsorum voci concordet, iuxta illud Prophetæ: Psallite Domino sapienter. Et illud: In conspectu Angelorum psallam tibi; vos vnanimes conlaudamus. Hoc autem in arbitrio Magistri semper consistere debet.

**19. VT C O M M V N I T A S V I C I V S
inter fratres seruetur.**

Legitur in diuina pagina: Diuidebatur singulis, prout cuique opus erat. Ideo non dicimus, vt sit personarum acceptio, sed infirmitatum debet esse consideratio. Vbi autem, qui minus indiget, agat Deo gratias, & non contristetur. Qui verò indiget, humiliter pro infirmitate, non extollatur pro misericordia, & ita omnia membra erunt in pace. Hoc autē prohibemus, vt nulli immoderatam abstinentiam amplecti liceat, sed communem vitam instanter teneant.

DE